

## Sermo

putabo in possessione liliorum. **R**es super autem si tertia his adungere potero patiam. Et quidem possunt sufficere ille. scilicet quod deificere in reparationibus possunt. siquidem temperatio est vita hominis super terram: opus perfectio patientia est que virtusque sit quasi nutritio quedam et custos. Puto si venerit amator ille liliorum. et ita inuenerit quod non dedignabitur iam pasci apud nos et apud nos facere pasca. ubi illi et multa suauitas in duabus. et magna erit securitas propter tertia. **T**ertio pacto dicat pasci quod pascit omnia: postea videbitur. **N**unc vero apparet spiritus non modo apparere inter lilia. sed minime omnino extra lilia posse aliquando inueniri. cum omne quod de eo est et ipse sit lilius spiritus ecclesie. **I**hs christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

Sermo. lxxi.

**L**ilius precedens sermone: principium huius. Est ergo lilius spiritus. sed non lilius inter spinas. quoniam non habet spinam qui peccatum non fecit. Denique spiritus amicus est lilius inter spinas. quoniam si dixerit vel ipsa que spinam non habeat: se ipsam seducit: et vitas in ea non est. **S**e vero flores quidem et lilium professus est. non tamen inter spinas. **D**agis autem ego (inquit) flos campi et lilius conuallium. et non est spinarum mentio quod solus sit hominum qui opus non habeat dicere. conuersus super in erumna mea dum consistitur spina. **E**rgo absque liliis nunquam est quod absque vicibus semper est. quia ros et spiritus est candidus: speciosus forma per filios hominum. **T**u ergo qui hec audis vel legis cura habet lilia penes te si vis habere hunc habitatores liliorum habitantem in te. **O**pus tuum. studium tuum. desiderium tuum. lilia esse. preterit moralis quidam reprobis candor atque odor. **H**abent et mores colores suos: habent et odores. **N**ec enim in spiritualibus id ipsum est color et odor. non magis quam in corporibus. **E**rgo de colore conscientia consultetur. de odore fama. **F**etere fecistis odorem nostrorum coram pharaone et seruis eius. **S**unt illi dicentes de opinione. **P**orro colorem operis tuo dat cordis intentio et iudicium conscientie. **N**igra sunt vicia. virtus candida est. **I**nter hac atque illa conscientia consula discernit. **S**tat sententia domini de oculo nequam et lucido. que inter candidum et nigrum

certos fixit limites. et diuisit lucem a tenebris. **Q**uod ergo de corde puro conscientia egreditur bona: candidum est. et est virtus. **S**i autem et bona fama secuta fuerit: et lilius est. quippe cui nec cadore lilius desit nec odor. **P**orro virtus et si non propterea maior. pulchrior tamen illustriorque efficitur. **S**i in conscientia neuis fuerit: nec quod ex ea prodierit carebit neuo. **N**am si radix in vicio. et ramus. ac per hoc quicquid illud sit quod radix viciata non absque traduce vici ex se producat. verbi gratia. sermo. actio. oratio. etiam si fama applaudere videatur. non est quod debeat lilius dici. quia et si odor conuenire videatur. sed non color. **Q**uo pacto enim lilius cum impuritate neuo? **N**ec sane fama valebit vindicare virtuti quod esse viciu conuincerit conscientia. **E**rit quidem virtus: tanta candore conscientie: ubi sequi non poterit odor fame. ceterum odor fame nec excusare sufficit viciu conscientie decoloris. **P**rovidebit tamen semper (quod in se est) homo virtutis bona. non tamen coram deo: sed etiam coram hominibus: ut vere sit lilius. **S**ed et etiam candor anime indulgentia dei. ipso dicente per prophetas. **S**i fuerint peccata vestra ut coccini: quasi nix dealbabitur. et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. **E**t est candor quem sibi induit is qui miseretur in hilaritate. **E**t enim si iuearis illi: quem propheta depingit. iocundum hominem: qui miseret et commodat. nonne is tibi videbitur de ipsa animi iocunditate: diuise candore quemdam pietatis vultui. pariter et operi suo. **S**icut et regione si ex tristitia et veluti ex necessitate quis tribuat: non candidum plane: sed terrum profert manum et fronte colore. **E**t ideo hilaris datorum diligit deus. **N**unquam et tristis: profecto qui respexit ad abel ob alacritatis candorem. auertit faciem a cayn. quod et occiderat faciem eius viciu tristitia et luore. **A**duerte qualem color tristitie seu inuidie sit: quod dei a se auertit aspectum. **P**ulchre eleganter in colorando benificio candor iocunditatis laudatus est voce illa poete. super omnia vultus accessere boni. **N**ec modo hilaris dator. sed et tribuit i simplicitate diligit a deo: et simplicitas cadore est. **P**robatur a sermo. nam neque duplicitas. **P**az dixi. macula est. **Q**uid duplicitas nisi dolus? **S**ed qui dolose egit in conspectu dei: inuenta est iniquitas eius ad o dium.